



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei  
declamatoribus admodum vtilis et necessaria**

**Ammiani, Sebastiano**

**Venetiis, 1562**

Vigilandum est propter sex.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30415**

CHRISTIANA

lere per cōtritionem, putare per con-  
fessionem, ad palum ligare, id est ad  
crucem per mortificationem, tende-  
dere per dilectionem.

*Vigilandum est propter sex.*

**P**rimo propter hostis decipien-  
di sollicitudinem . Petrus dice-  
bat . Sobrij estote & uigilate,  
quia aduersarius uester diabolus, &c.  
Vnde P. Augustinus . Hostis uigilat,  
**Aug.** & dormis tu? Secundo propter hostis  
calliditatem . Hierony . Hostis meus  
**Hiero.** persecutur me , qui mille nocēdi ha-  
bet artes . Est enim callidus, & sapiēs  
**Eze. 28** ad decipiendum propter tria . Primo  
propter subtilitatem naturę . Ezech.  
Tu signaculum similitudinis, &c. Se-  
cundo propter antiquitatem tem-  
poris . Apoc . Ipse est principium uni-  
uersę creaturę . Tertio propter fal-  
lendi , & temptandi assiduitatem .  
Quia nō habet facere aliud, nec aliud  
studium, neque desiderium sic dicit.  
**Bernar.** Ber. Cui nullum aliud studium, nullū  
desiderium , nullum negocium, nisi  
fundere sanguinem animarum . Ter-  
tio propter nostram fragilitatem, quę  
**Apoc. 3** prona est ad malum. Gen. Sensus, &c.  
**Gene. 8** Quarto quia est præceptum . Matth.  
**Matth.**

I N S T I T U T I O . 230

Vigilate & orate . Quinto , quia uigilantibus promittitur merces . Luc . Luc.12  
Beatus ille seruus , quem cum uenerit Dominus inuenierit uigilante , &c.  
Sexto , quia incertum est de aduentu furis , id est mortis . Luc . Si sciret pa-  
ter familias qua hora fur ueniret ui-  
gilaret utique , &c. Vnde P. Augusti  
nus. Nil certius morte , & nil incer-  
tius hora mortis . nam nescimus quā  
do aut quō , aut ubi moriemur , quo-  
niam mors ubique expectat nos. Id  
circo nos omnes debemus esse para-  
ti , ut cum corpus reuertetur ad ter-  
ram , de qua scriptum est. Spiritus re-  
deat ad dominum qui creauit illum ,  
& cetera.

*Visitator in uisitatione debet  
facere quatuor.*

P Rimo , uerbum Dei annuncia-  
re . Psal . Visitasti terram & ine-  
briasti eam , &c. Vnde Glossa . Psal.64  
Verbo silicet prædicationis . Secun-  
do excessus subditorum corrigere .  
Psalm . Visitabo in uirga iniqüitates  
corū , &c. Tertio puerilimes cōfo-  
lari . Isa . Cōsolabitur Dominus syon ,  
& consolabitur ruinas eius , &c. Vnde Isa.5.  
Iob . Visitabo , &c. Quarto causas Iob.10